

Ut cuncto populo Christiano pacem & unitatem largiri digneris, *te rog.*
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare & conservare digneris, *te rog.*
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas, *te rog.*
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, *te rog.*
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias, *te rog.*
Ut fructus terrae dare & conservare digneris, *te rog.*
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, *te rog.*
Ut nos exaudire digneris, *te rog.*
 Fili Dei,
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster, *jusqu'à* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.
V. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis. *R.* Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
V. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis. *R.* A facie inimici.
V. Oremus pro Pastore nostro N. *R.* Dominus conservet eum, & vivificet eum.